



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

XIII. De clericis vel monachis ab alio episcopo ordinatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

ANNO  
CHRISTI  
598.

\* Eccle-  
siaz suæ  
commu-  
nionem de-  
bere esse  
conten-  
tos.

repente forsitan ortæ fuerint, nisi rationem im-  
pedimenti sui apud suum primatem reddide-  
rint, \* ab ecclesiæ communionem debere esse con-  
temptos.

XI.

Item confirmatum est, vt si quando presbyte-  
ri vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fue-  
rint, qua eos a ministerio necesse fuerit remoueri,  
non eis manus, tamquam pœnitentibus, vel tam-  
quam fidelibus laicis, imponatur, neque vnquam  
permittendum, vt rebaptizati, ad clericatus gra-  
dum promoueantur.

Dist. 50. Cõ-  
firmandum  
est.

XII.

Rursus constitutum est, vt quoties clericis con-  
uictis & confessis in aliquo crimine, vel propter  
eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel pro-  
pter ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insulta-  
tionem hæreticorum atque gentilium, si forte cau-  
sæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asse-  
rere, intra annum excommunicationis hoc fa-  
ciant. Si vero intra annum causam suam purgare  
contempserint, nulla eorum vox postea penitus  
audiatur.

Cod. Can.  
27.  
Conc. Afr.  
c. 46. 11. q. 3.  
Rursus con-  
stitutum est.

XIII.

Item placuit, vt si quis de alterius monasterio  
repertum, vel ad clericatum promouere voluerit,  
vel in suo monasterio maiorem monasterii consti-  
tuere; episcopus qui hoc fecerit, a ceterorum  
communione seiunctus, suæ tantum plebis com-  
munionem contentus sit: & ille neque clericus, ne-  
que præpositus perseueret.

Conc. Afr.  
c. 47.  
Dist. 58. Si  
quis de al-  
terius.